Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gurgites tui et fluctus tui sup me
transierunt et ego dixi. Abiectus
sum a conspectu oculorum tuorum / uerun
tamen rursus uidebo templum sanctum
tuum. Circumdederunt me aque usque
ad animam / abyssus uallauit me / pe
lagus cooperuit caput meum. Ad extre
ma montium descendi terre uec
tes concluserunt me in eternum / et sub
leuabis de corruptione uitam meam
domine deus meus. Cum angustiaretur in me
anima mea domini recordatus sum / ut
ueniat ad te oratio mea ad templum
sanctum tuum. .vii. Qui uanitates
custodiunt / frustra misericordiam suam
derelinquent. Ego autem in uoce
laudis ymmolabo tibi / quecumque uo
ui reddam pro salute domino. Et dixit
dominus pisci / et euomuit ionam in ari
dam. Et factum est uerbum domini ad
ionam secundo dicens. Surge et uade
in ninniuen ciuitatem magnam /
et predica in ea predicationem quam ego
loquar ad te. Et surrexit ionas / et
abiit in ninniuen iuxta uerbum domini.
Et ninniue erat ciuitas magna
itinere dierum trium. viii. Et
cepit ionas introire in ciuitatem iti
nere diei unius / et exclamauit et
dixit. Adhuc quadraginta dies / et nin
niue subuertetur. Et crediderunt uiri
ninniuite in domino / et predicauerunt ieiu
nium / et uestiti sunt saccis a maiore

usque ad minorem. Et peruenit uerbum
usque ad regem ninniuem / et surrex
it de solio suo. et abiecit uestimentum
suum a se / et sedit in cinere. Tu autem.

Super ymnum trium puerorum.

Tres in fornace ignis de
ambulabant et collaudabant
dominum regem canentes
ex uno ore ymnum dicebant benedic
tus es deus a e uia. A. Uideo uirum simi
lem filio dei confortantem pueros in
camino ignis a e uia. A. Tres ex uno
ore clamabant in camino ignis et psal
lebant benedictus deus. A. Tres uideo ui
ros ambulantes per medium ignis et
aspectus quarti similitudo est filii dei
a e uia. A. Laudemus uiros gloriosos
qui uicerunt regna mundi a e uia.
A. Benedictus dominus sydrach mysach.
abdenago qui eruit seruos suos de
camino ignis ardentis a e uia. A. Am
bulabant in camino ignis pueri tres
et inter illos deus erat rex et dicebant deum
regem habemus a e uia. A. Non cessabant
ministri regis succendere flammam
ut sanctos dei pueros comburerent.
de celo uenit tanquam spiritus roris
flantis refrigerium prestabat sanc
tis a e uia. A. Tres pueri iussu regis in ca
minum missi sunt non timentes fla
mam ignis dicebant benedictus deus.
A. Sydrach mysach. abdenago quasi ex uno
ore ymnum dicebant regi magno a e uia.